

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Scriptura sacra I
cum fonte primo

Quilibet lector qui expositurus sacram
scripturam aggreditur.

(fons nondum repertus)

Cum in sacrarum uoluminibus
litterarum

Cum in sacrarum voluminibus
Litterarum,

aliqua uelut diuersum sonante sententia

seu futurorum quid prophético spiritu
praenuntiantibus, seu praeteritorum
historica ueritate narrantibus, seu uitae
monita apostolica auctoritate tradentibus,
aliqua uelut diuersum sonante sententia
uel mouetur lector, uel

sollicitatur, certa et inconcussa
fide tenere debet,

sollicitatur auditor, certa et inconcussa
fide cognitum tenere debet,
unius atque eiusdem spiritus, et eius
praeter quem nihil est ueritatis, apertius
alibi, paulo occultius alibi sonare
mysteria: ac proinde si quid occulta
significatione suspensum, aut a
conscribente breuiter indicatum,
minusque quam humani cordis obtusio
poscebat, expositum est, hic lucidius
apparere, ibi altius latere,
nusquam deesse noverit ueritatem.

nusquam deesse ueritatem
et si

Quod si etiam
pro magnitudine rei,
de qua quaeritur,
non facile

non facile
propter magnitudinem rei
intellectus quaerentibus occurrit.

intellectus sensibus quaerentis occurrit,
maxime si de incommutabili uoluntate
omnipotentis Dei diuersum sonet
canonicae auctoritatis utraque sententia:
ita sunt omnia ad pietatis regulam
dirigenda, ut nec iniustum Deum esse,
nec merita singulorum confusa quadam
personarum acceptione taxantem, nec
infirmum, qui quod uoluerit non ualuerit
explicare, inconcussa definitione
teneatur.

Augustinus in libro de predestinatione
gracie in principio.

Augustinus Hipponensis (pseudo), *De
praedestinatione et gratia*, 1 (PL 45,
col.1665-1666).